



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvtae, Sive Considerationes Piae, Praecipuam
Spiritualis Vitae Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

47. Fer. 6. Adhaesio ad loca, & ministeria, appetitus honoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

si quid postea præter intentionem accidat, so-
let censerì invincibiliter ignoratum, & incul-
pabile: alia modica, & levis, obiter & superfi-
cialiter ad negotium attendens.

Conf. 3. Quibus argumentis me excitare
debeam ad negligentiam abijciendam, & di-
ligentiam amplectendam: videlicet excitan-
do me consideratione, cui serviam. *Male-*
dictus qui facit opus Dei fraudulenter. Iere: 43.
& per aliquot dies unum ex bonis operibus
emendabo, v. g. meditationem, orationem,
postea examen, &c. donec ordinaria diei o-
pera juxta lumen & gratiam à DEO conces-
sam agere didicero: ne illud audiã. *Matt. 25.*
Inutilem servum eijcite in tenebras exteriores.

MEDITATIO XLVII.

Feria 6. Dom. 5. Epiph.

*Adhæsiõ ad loca, & ministeria, & ap-
petitus honoris.*

Aspiciam reliquos proficientium scopu-
los, circa quos naufragantur incauti. *Pe-*
tam eos agnoscere, & evitare.

Conf. 1. Quomodo nonnulli minimè fe-
rant se ab eo, quod amant, instante Prælati
obedienciã, vel necessitate divelli, quem
affectum solet Diabolus prætextu utilitatis
majoris oculere. His 1. Sciendum est, quòd
ipsorum opera Deus non egeat. Mortuus est

Petrus, mortuus Paulus, Ecclesia tamen non cecidit: *Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii* Pl. 44. mortui doctores insignes, non pereunt cathedræ. 2. Qui suas commoditates in loco quærit, erubescere debet tam ignominiosum morbum.

Conf. 2. Quomodo appetitus honoris infestet: & bipartitus in proficientibus esse solet: alter in hominum æstimatione, qui alios quem ut studiosum, & sanctitatis amatorem, & aptum ad magna gerenda suspiciunt: Alter in dignitatum Ecclesiasticarum delatione consistit.

Conf. 3. Qui ad prioris generis honorem aspirant, ut opinione obtentâ apud alios ministerijs suis proficiant apud eisdem: His una cura sit, deicere se, superbiam conculcare, & Domino perfectè servire: ipse, nobis non cogitantibus, opinionem bonam, & adificationem aliorum, ad suum obsequium necessariam, ministrabit. Statuam non tepescere in via virtutis, neque permittere me deludâ dæmone ob defectum honoris. Qui vero ad dignitates aspirant, id planè contra exemplum Christi & Sanctorum agunt. Quod si Deus voluerit illos ad honores & dignitates vocare, ad id nulla suâ sollicitudine, sed solâ obedientiâ egent.